Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



13

pluribus indigent. alii uero ut ita dicam nullis. Unde
si oportet alium sapere. de pauperie hoc oportet.
Et si tamen oporteret. nam quid bene sapit alium sapere
nunquam debet. Si contemnit inquis pauper. Non ille contemnit.
sed quia pauperem contemnunt illi magis merito contemnunt.
Nam cur non magis ego contemnam illos quia nesciunt admirari
quae digna sit admiratione. Nam & pictor si ab omnibus irri
detur atque reprehendatur. donec eos indoctos perspicit & suae
artis expertes illorum uerba penitus non attendit. sed solo testimo
nio suo contentus est. Nos autem studia nostra pensaturi sumus
ex opinione multorum. Praeterea etiam contemni digne merentur.
qui contemnentes nos pauperiem nos magis ipsi contemnunt.
Non ita nos ipsos miseros faciam. Praetereo quinta peccata
ex diuitiis generantur. quinque bonorum sit causa pauperies.
Magis autem neque diuitiae neque paupertas secundum se ipsa
bona sit. sed ex utentibus qualitate accipiunt. Christianus quia in
pauperie constitutus. magis quam in diuitiis irradiatur. Quomodo
hoc. Quoniam excludit a se typum non erit arrogans. sed pot
temperans & pudicus. & mitis & sapiens. Qui uero in
diuitiis constitutus est. multa illum ad hoc bona praeedi
unt. Inspiciamus quomodo sint quae diuites operantur. magis autem
quae agunt. Qui utuntur male diuitiis. quomodo agunt. Rapit
aliena. aestuat cupiditate. sordidis amoribus agitatur.
nefandos non desinit praetiare scubitus. scenas aggre
dit. maleficia cuncta committit & cetera negotia. Non
ne uniuersa haec ex diuitiis spiciatis generari. In